



R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

Sect. 1. Regina cœli lætare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

erare potterunt hanc restorationem? Absit. Sed per Christum id factum est, simulque, Christo ita volente, per Mariam; sicque rōmūm sit, si dicamus eam & gratiā & gloriā omnes Angelorum & hominum Choros simul sumptos superare.

Foritan & hoc significat Sancti Ioannis visio de duodecim Stellis radiantibus in capite Mariæ. Numerus duodecim univērsitatis est numerus sacris in Litteris; sic dicere valemus univērsos Beatos, tam Angelos, quam Homines, Mariam circumcingere honoris gratiā, & agnoscere velut Caput suum post Christum, hoc est, Reginam gloriæ. Vtērius in speciali dicere possumus, per duodecim Stellas Mariam circumcingentes, intelligi novem Choros Angelorum ei honorē deferentes; simulque tres hominum status, quos per Noe, Daniel, & Iob, designari dicit Sanctus Bernardus; hoc est, Status Prælatorum, Continentium, Coniugatorum. Hi omnes status hominum simul cum Choris Angelorum Mariam circumdant, honorant, & coronant. Sic in æternum in cœlis coronata triumphat, ubi pro nobis etiam exorat, vt ad illam coronam pertingamus, siue ad numerum eorum qui eam debent honorare, ornare, & coronare.

QUADRIGA MARIANA
TRACTATUS IV.

DIE ELVICIDANS ANTIPHONAM
MARIANÆ LAYDIS.

Qua canitur toto Tempore Paschali.

REGINA CÆLI LETARE ALLELUIA.

INTRODVCTIO.

Autores huius Antiphonæ sunt Angeli? Quæ eius occasio?

Huius Antiphonæ primos Cantores & Autores fuisse Angelos, pernotum est ex Historijs Ecclesiasticis, & Traditione Romana. Cum enim tempore S. Gregorij Pontificis pestilentissima & violentissima serperet in Vrbe Romana, & plebem ita depasceret, vt quandoq; visi sint octoginta vel solūm hiscentia intretre: Hinc ad preces publicas, & lachrymis coniunctæ refugium fuit; indixitq; Pontifex celebrem Processionem, cui ipse cum toto Clero & populo interfuit, in qua per vicōs circumferrebat Imago Deiparæ à S. Luca depicta. Cum ergo feryida & lachrymosa Cleri & Populi vota in Cœlum ascenderent, & hanc Mediatricem Patri Æternō representarent, audita est vox ista de Cœlo veniens modulatione Angelicâ: *Regina Cœli letare, alleluia: Quia quæ meruisti portare, alleluia: Resurrexit sicut dixit, alleluia.* Qui cantus dū paululum sisset, adiunxit ex sancta inspiratione Sanctissimus Pontifex, cum Clero: *Ora pro nobis Deum, alleluia.* Mor verò mita claritas acris effulsit, cum

Mariale

antea Sol foret in nubilo. Visus est autem Angelus in vertice Caltri, quod ex tunc vocatum est *Castrum S. ANGELI*, antea vocabatur *MOLIS ADRIANI*, Gladium crucentum recondere, & exinde cessavit pestilentia, quæ passim in colloquijs, in mensuris, in itinere, in ludis, in deambulatione multos sibi et morte perimebat, ita ut sternuando, vel oculo in o expirarent: Vnde hæcenus permansit consuetudo dicendi, *Deum adiuvet*, cum quis sternuare audiretur: & cum officitatio supervenit, signum crucis ori solet imprimi, quæ quidem consuetudo dicitur originem ex eo duxisse tempore. Hæc autem pestilentia venerat super Romanos tempore Paschali, quia multi ex illis diebus quadragesimalibus intemperanter vixerant & incontinentes, nec satis dignè postmodum Corpori Domini communicarant. Et hæc non quæ lance rationis & fidei penitentes, contemplationibus, ludis, luxuriaque fræna laxabant. Quid dicemus hic nisi illud Psalms: *Lusus es Domine, & redum est iudicium tuum.* Dum tamen ad Mariam, tanquam ad Aram clementiæ tuæ, & Mediatricem gratiæ recurrimus, tu respice nos de Cœlo, & amove iram vindicem. Intuens in Deiparam hæc Virginem ei congratulatis & nobis, eamque lætificas & nos cum ea. Vnde per Angelos ei decantari iubes, *Regina Cœli letare, alleluia*; & à nobis idipsum vis rēperi & decantari in eam eiusq; gloriā cum paschali gaudio & triumpho.

Hanc igitur Antiphonam Paschalem, licet iterum à me breuiter alibi explicatam, cum ampliori elucidatione, hic repetō, & represento pijs mentibus, & in illa finio *Quadrigam Marianam*, quæ à filijs suis cum laudibus sonoris in Cœlum evahitur, eorum voce coniuncta cum melodia Angelica & cœlesti. Tu save, ô Maria, vt tecum decantemus Æternum Alleluia. Sicut enim Angelis præcinentibus didicimus S. Trinitatem adorare per Trisagion. *Sansus, Sansus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth*, qui cantus æternūm perdurabit: ita illis præcinentibus didicimus te Cœli Reginam venerari cum læticia, & tibi decantare *Alleluia*, quæ quidem Vox lætitiæ perfectionem suam habebit in æterna beatitudine. Singula ergo sacre Antiphonæ verba liceat, Te favente, expendere, & extendere. Prisci Scriptores invocant & salutabant Calliopen, Vraniam, Polymiam, Clionem, Thalam, Euterpen, vt felicitæ sua Poëmata aspicerentur: Tu mea es Calliope, Vrania mea, Polymnia & Clio mea: *Exurge gloria mea, exurge Psalterium Cythara*: A te principium huius scriptiōnis, in te definit, ô MARIA?

REGINA CÆLI LETARE.

SET I.

Notum est ex sacris litteris, Gentiles, & quosdam Iudæos, horum imitatores & affectas, Solem Lunamque adorasse, vt Numina: illanvenerunt, tamquam Cœli Regem & Præsidem, hanc tam na adquam arant.

Olim.

et luna

et luna

et luna

et luna

quam Cœli Reginam, & Solis Sororem. De Sole id constat ex 4. Reg. 23. ubi dicitur de Iofia Rege: Abstulit equos, quos dederant Reges Iudæ Soli in introitu Templi Domini, curru autem Solis combussit igni. Nonnulli Interpretes hic dicunt, Gentiles solitos alere certos equos publico sumptu, quos dedicabant Soli: quibus cum Quadriga veheretur illi, qui quotidie defigabatur, vt ad montem certum procederent, Solem orientem adoraturi & salutaturi. Hos ergo equos abstulit Iofias, & hos curru Solis combussit, quos imitatione Gentilium Reges Iudæ Soli dicantur; sicque hanc idololatram abolevit Rex pius. Fuisse autem hos vivos equos, & non solum pictos aut sculptos, cum curru ante Solis statum suspensos, vt aliqui dixerunt, ex eo constat, quod Iofias eos dicitur abstulisse, non combussisse. Curru verò Solis combussisse, non abstulisse: si enim equi sculpti aut picti fuissent in ligno, aut ære, aut alia materia, eos cum curru combussisset.

Christus Sol noster. Nos porò Christiani Solem nostrum Christum agnoscamus, & adoramus vt Deum, vt Cœli Regem & Præsidentem. Nos adoramus eius Orientem, hoc est, Nativitatem, per quam visitavit nos Oriens ex alto. Adoramus & eius Occidentem, hoc est, Mortem, per quam non tam ipse occidit, quam Mors, quia morte sua eam occidit: dum enim illa in ipsum irruit, ruit: *Et iure omnium perdidit se vitæ, dum nihil sibi debentis persequitur libertatem, vt loquitur S. Leo.* Adoramus deinde eum renascentem & gyramtem per Meridiem, donec stetur ad Aquilonem, vt cap. loquitur Ecclesiastes, Hoc est, adoramus eius Resurrectionem & Ascensionem, donec veniat ad iudicium, à quo tamquam ab Aquilone super impios *repandetur omne malum.*

Hic est ergò Sol noster, Rex poli, solus nostri soli filius, Cor cœli, Mens mundi, Pons luminis, vt Solem appellare antiqui; denique, vt paucis complectar, ipse est vita & beatitudo nostra, idè merito adorandus. Hunc Solem adorant Apostoli Quadriga sua vectum, quatuor Rotis, quatuor Equis, hoc est, quatuor Dotibus gloriosis; adorant, inquam, in monte Galileæ mox à Resurrectione. Nosque illuc convenit properare ad adorandum & salutandum eum hoc Paschali tempore, quod tempus est lætitiæ & solemnitatis nostræ, tempus novi Solis, de quo Sole dixit Propheta: *Sanctus in pennis eius, hoc est, in Radijs eius extensus.* Fugare enim optat tenebras nostras, & noctis graves nos osque humores à nobis depellere languentibus; figusque pigrum excurtendo, nova nos lætitiâ & vigore lætificare, vt possit dici nos iam in ipso, & cum ipso, resurrexisse nova vita, nova luce, nova mente.

Quantum ad Lunam, hanc adorasse Gentiles & Idololatrias Iudæos, habemus Ierem. 7. *Filij colligunt ligna, & Patres succendunt ignem, & mulieres confurgunt ad ipem, vt faciant placens Regina Cæli.*

Quasi dicat. Omnes de familia cooperantur Idolatriæ, pueri stipulas & ligna colligendo, viri furnum accendendo, mulieres pensendo, & massam ac pastam conspersione farinæ, aquæ, salis, butyri, conficiendo, vt placeant Regina Cœli placentas ei componendo. Sed queenam hæc REGINA CÆLI? Vtique Luna est, quam his adorabant munitibus. Nam Placentas rotundas & stellatas componebant figura Stellarum eis impresse, vt significarent se eas Regina Cœli & Stellarum offerre. Regnam vocabant, quia Solis soror est, nocti præfidens suo splendore, quasi Moderatrix, Illuminatrix, & Regina.

Nos Christiani non aliam REGINAM CÆLI agnoscamus præter Deiparam, quæ ipsum genuit Cœli Regem, & in Canticis dicitur PULCHRA UT LUNA. Hæc est Phebe, hæc Diana nostra hæc Solis nostri non solum Soror, sed & Mater.

Hæc Collyridiani hæretici, teste Epiphasio, per certas mulieres ad hoc destinatas, in curru stellate coronatas, ac velo passo obducta, Collyrida sive Placentam festo quodam per aliquot dies proponere, ac quasi Deæ offerre solebant, & inde omnes simul congregatæ participabant. Sed hæc error est: nam Ecclesia non eam Deam agnoscit, quam vis agnoscat Deiparam: non cultum Lunæ ei decernit, sed hyperduliam, qui inferioris est gradus. Interim fatetur Regina Cœli, quia sic voluit is quem genuit. Et placentas non materiales ei offert, sed spirituales, id est, enomia & laudes dignitati eius proportionatas. Quòd si Placentæ placendo dicta est, vel vt alij dicunt *placendo*, ei certe placent nostræ laudes & preces, ob quas Filium suum nobis reddidit placatum, & sicque meritò eas Placentas vocaverimus respectu Regis & Regina Cœli.

Stelliferæ & lucidæ sunt Placentæ hæ; hoc est, laudes ei oblate, quia offeruntur Regina & Mulieri illustri Stellis coronatæ. Rotundæ debent esse & integræ, instar Coronæ orbicularis & radiantis, vertici eius apponendæ. In huius rei significationem accendi solent in honorem eius Cerei in Candelabris Orbicularibus Coronæ instar confectis. Quod fit in Templis Christianis ad supplicandam alteram caeremoniam, qua Ethnicæ Diana, seu Lunæ, *Amphiphones*, id est, Placentæ ænis & accensis circum circa cereis in Templo *Munichia* dicto offerebant, vt antiqui referunt Historici.

Cæterum Maria Deipara quandoque intituletur *Regina cœli*, quandoque *Regina cœlorum*, vt habet Antiphona altera: *Ave Regina Cœlorum, Ave Domina Angelorum.* Pro quo observa tacris in litteris triplex Cœlum agnosci, Abreum, Sydereum, Emphyreum. Hæc ratione Sanctus Paulus dicitur raptus in tertium cœlum, hoc est, ultra æreum & sydereum in cœlum emphyreum & supremum. Habet Maria vt Regina potentiam super triplex cœlum. Dominatur Aëri, & ibi super Potestates

WANTIA

REGINA CÆLI LÆTARE.

Mirò certe huic Regine Cœli, Matri Christi Domini nostri, & omnium filiorum Dei, dicimus in resurrectione Filij sui, LÆTARE, & iustus in versu Anthonæ, GAUDE ET LÆTARE. Illud enim capitissimè convenit, quod in Evangelio Dominus pronunciauit: Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius. At cum peperit, non meminit pressuræ, propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Tu, ô MARIA, sub cruce iterum peperisti Filium tuum; & gravissimos acerbissimosque partus dolores, quos antea effugerat, subisti, illum novo modo pariens, & nos cum ipso. Venerat tunc hora tua acerrimis milita cruciatibus. Nunc novus homo natus est in mundum per resurrectionem, quæ & regeneratio dicitur, per quam & renovat mundum, ubiq; adducit grandem numerum filiorum in te lætantium. Novum igitur ex nato novo homine concipe gaudium, novamque lætitiâ. Obliviscere pressuræ & dolorum, & dic: Converti si placentium in gaudium mihi, confidisti lacum meum. Et circumdediti me lacrima, restant tibi gloria mea. Iam verificetur de te illud: Qui habitare facit sterilem in domo Matrem filiorum lætantem. Hæc omnia significantur per illud præconium nostrum.

REGINA CÆLI LÆTARE. Quod quidem canebat in Ecclesijs, nõ flexis genibus, sed erecto corpore, erectaque mente, ut significetur externa quoque specie illud gaudium, quod attulit Resurrectio Christi Mariæ, & discipulis, & omnibus rectis corde. Tunc enim Lux ortu est iustus, & recta corde lætitia. Tunc quoque stetit ipse erectus in medio discipulorum, qui curvatus fuerat sub gravi onere crucis in medio latronum. Quapropter, ut advertit Ven. Beda, in memoriam Resurrectionis Christi, & ob spem nostræ Resurrectionis, toto tempore Paschali Ecclesia orans non stetit genua sicut alio tempore; sed stans orat. Quod etiam advertit Sanctus Thomas in Carca sua explicans illud, Stetit in medio discipulorum.

Memorabilis est cæremonia Ecclesiæ in Dominica Lætare, nec à nostro proposito aliena. Solet eo die Pontifex cum solemnitate benedicere Romanam auream, tanquam lætitiæ gaudijque prænuntium; & post Missæ celebrationem circumferre eam in conspectu populi cum celebri plausu, & quandoque offerre alicui de Principibus maximis in symbolum gratiæ specialis Apostolicæ Sedis erga illum.

Hinc referunt Historici ex Aetis Alexandri tertij Pontificis, quòd anno Christi millefo nono centesimo septuagesimo septimo, cum Venetijs esset, & ex civitatibus circumvicinis multitudo nobilium ad eius præsentiam veniret, ut eum viderent, & audirent tanquam Angelum à Deo missum, dignum duxerit in Dominica Lætare ad Ecclesiam S. Marci, solemnita Missarum celebrac.

T x

Iob. 40. res Africæ auctoritatem habet, hoc est, super Demones, ad eos compescendos, Numquid illud ei quasi Auri Dominatur cœlo sydere; est enim Mulier illa, quæ dicitur Signum Magnum in Cælo, Lunam habens sub pedibus, Stellas in capite. Dominatur & in cœlo empyreo, ubi Thronum ei dat Filius, Dominus Virtutum, Rex gloria: *Astis Regina à dextris in vestitu deaurato circumdata variatate.*

Huic potè Regine dicimus Lætare, renovantes memoria gaudij, quo eius fuit perfulsus animus in Resurrectione amantissimi Filij. Non possumus satis explicare gaudium illud, quia nec satis explicare valeamus desiderium, quo flagrabat videre Filium, & cum eo totum mundum redivivum.

Cum Samson in ore Leonis invenisset favum mellis, gavisus est, & Matri primò dedit partem ut gustaret, & Foris dulcedinem. Sic Christus cum intermisisset extensis in cruce manibus Catulum Leonis subibundum, hoc est, Mortem & Demones; Favum mellis extraxit de faucibus eius, gaudium sanctissimum quasi Mel suavissimum. Immo & plebem sanctam Justorum ex eius ore eripuit, quasi Mel dulce. An non Matri suæ huius gaudij primam dedit partem? An non ipsa? & Foris dulcedinem sentit? An non vidit cum exultatione plebem pro genitorum suorum gloria coronatam & faucibus inferni educatam? Hanc lætitiâ indicibilem promeruit, quæ merore supra omnes affecta fuit, dicere potuit illud Filio: Secundum multitudinem dolorum meorum consolaciones tuas lætificaverunt animam meam.

Si instar Rachaelis Filium suum sub cruce afflicta voce flebilis vocare potuit Bernoni, hoc est, Filium doloris mei, dum in Resurrectione contemplantur eum à Patre vocatum Benjamin, hoc est, Filium dexterae & gaudij, decuit eam cum jubilo cordis brachijque ferentissimi amoris pedes eius amplecti, & adorare viventem in læcula seculorum.

Denique de Jacob restatur Scriptura, quòd laudans Filium suum vivere, & dominari in Egypto, quâ de gravi foano excitatus in clamavit: Sufficit mihi si filius meus vivit, vadam. Et videbo illum, & lætus moriar. Sit tanto repletus est gaudio propter Ioseph, quanto ampliori Marta propter Filium suum, & Filium Dei? Hanc vocem non solum ad Mariam, sed & ad omnes piâs animas extendens. Sufficit si Ioseph filius meus vivit, ô digna vox amici Iesu, ô plane factu! O castissimus affectus, qui sic loquitur, Sufficit mihi, si Iesus vivit. Si vivit, vivo cum ipso, cum de ipso pendet anima mea. Et ipse sic vita mea, sufficientia mea. Quid mihi desse poterit, si Iesus vivit? Immo desunt omnia alia, nihil incertum est mea, dum modo Iesus vivat. Ipse ergo, si ei placeat, desim mihi sufficere, si modo vivat ipse vel sibi.

Quarri- cui Abb ser. i. de Resur- rect. sic.

Ioan. 16.

Psal. 29.

Psal. 112.

Quare Regina cœli erecto corpore recitatur. Psal. 96.

In Domi- nica Lætare be- nedicuntur Roma de Pontifice Resa- nua, que mittitur vni ex Principi- bus in se- gnum gatum spec talis.

lebratus accedere. Indutus itaque sacris vestibus, & de concubidine auream ferens Rosam cum Episcopis & Cardinalibus ad Altare maius processit. Post Evangelicam lectionem, populo Dei exdiverſis partibus congregato Paſtoraliter predicavit, & completis Miſſarum ſolemnijſ, Roſam, quam detulerat & benedixerat, Duci Venetiarum in ſignu gratia Sedis Apoſtolice contulit.

Anno quoque Domini milleſimo quadringentiſimo quadageſimo nono Nicolaus Pontifex, eius nominis quintus, cum in Dominica LATARE de more Roſam conſecraſſet, illam miſit Langravio Thuringia & Haſſia, qui ſtirpe ſexta poſt Diavam Elizabetham inter omnes Germanice Principes præcipua clarebat pietate; eamque ipſe religioſiſſimè cum gaudio exceperit.

De hac etiam cæremonia mentionem facit Guilielmus Durandus in ſuo Rationali l. 6. agens de hac Dominica Latare, ubi dicit, quòd in ea Romanus Pontifex celebraturus, ad Eccleſiam pergens, & rediens ab eadem auream Roſam ſub populi aſpectu ferat, & Vrbem circumeat cum lætitia. Quam cæremoniam ſic interpretatur Roſam in manu Pontificis gaudium Iſraelitiſi populi deſignat, quando per gratiam Chriſti data eſt illi de captivitate Babilonica redeundi licentia. Quòd verò ille cum multo equitatu & lætitia civitatem circumiſ, figurat gaudium illius populi in civitatem Ieruſalem reverſi, arque communionem reſtus ſidelis populi, & Eccleſia lætiti- am de promiſſis.

Dicamus nos quòd in Dominica Reſurrectionis, quæ per excellentiam Dominica Latare appellari debet, quia de ea ſcriptum eſt ſpecialiter: *Hæc eſt dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea;* dicamus, inquam, quòd Chriſtus Dominus, tamquam ſummus Sacerdos & Pontifex, Roſam in ea conſecravit auream, glorioſis ſuis veſtibus, ſive ſola gloriæ indutus; quam Matri Roſam in ſymbolum lætitiæ obrulit, dum ei appa ens primo loco inter omnes, per ſe, vel per Angelos, hoc nuntium gaudij plenum nuntiavit: *Regina Cæli lætare, alleluja: Quia quem meruiſti portare, eſurxiſti ſicut dixi, alleluja.* In die enim Reſurrectionis Angelos Alleluja decantaſſe habetur in Pontificis Decretalibus cap. *Hi dicitur* de conſec. d. i. In ſignificationem quoque huius primæ apparitionis in Romana Eccleſia Pontifex in die Paſchæ primam facit ſtationem ad S. Mariam Maiorem, ubi decantatur cum jubilo illud, *Regina Cæli lætare, alleluja.*

Hæc itaque ſalutatio velut Roſa aurea eſt, ſive Roſa aureis intertexta folijs, quam quorannis Regina Cæli repræſentamus in gaudij tunc concepti renovationem, vt & nos gaudij illius efficiamur participes per Paſchale tempus. Illius Roſæ colore, odore, ſapore myſtico, nos reſci oportet cum Maria in hoc tempore, vt tandem ſatiemur in æternitate Roſæ & Floris illius viſione & fruitione, quem Maria generavit pro Electorum omnium æterna conſolatione.

Si Mater iunioris Tobia tanto perſuſa eſt gaudio, dum vidit Filium ſuum ſanum & incolumem redeuntem è partibus exoticis: quanto putas gaudio delibata fuit Mater Chriſti, dum cum cernit redivivum ab inferis?

Si mulier illa Evangelica tanta afficitur læticia propter dragmam & gemmam receptam, quam tanto requieſcit deſiderio: quid dicemus de Maria læticia, dum cordis ſui Theſaurum leſum ſub tenebris ſepulchri, & in corde terræ antea abſconditum, nunc palam videt luce gloriæ promittentem?

Si Reges gaviſi ſunt gaudio magno vultu, Stellam ſuam rutilus reſpicientes via ducentem: quale fuit Mariae gaudium, dum Stellam ſuam, immò Solem ſuum, cernit redivivum, & novo Oriente renaſcentem, vt quaquàverſum toto Orbe tenebras dilſipet caliginolaſ?

Denique, ſi Maria poſt triduum repetitas in Templo Filium, tanta cordis exultatione afficitur: longè maiori debet perſundi læticia, dum poſt triduum Paſſionis illum cernit incolumem: *Peſſimi. Ambrosium reperitur in Templo, ut eſſet iudicio, quia poſt triduum triumphali illius Paſſionis in Sede caeleſti. Et honorat dicitur Fidei noſtra ſe ſuſcitatus eſſet, qui mortuus credebatur. Propter hæc igitur omnia decantamus Mariae lætamente & voce: Regina Cæli lætare.*

PROSECVTIO, REGINA CÆ. Sicut in LI LATARE, ALLELUJA.

Lætari nos omnes convenit cum Maria Matre noſtra, & laudare Dominum in ſua Reſurrectione. Ideò non ſolum dicimus: *Regina Cæli lætare*, ſed etiam dicimus, *Alleluja*, hoc eſt, *Laudate Dominum.* Quæ vox reperitur ad ſingulos veſtus, quia & ſi auditi ſunt reperere & canere Angeli in Proceſſione ſolemnia S. Gregorio inſtituta. Hanc S. Gregorius certè vocem Angeli ſæpius vltiſſe & decantaſſe riu cap. leguntur, vt eorum edocti exemplo illam pio cantu imitatemur; nam in Reſurrectione Domini per d. i. quam eorum ruinae ſunt reſtauratae, Angelos Alleluja decantaſſe piè creditur. Ideò in Vigilia Reſurrectionis Dominice Sacerdos in Miſſa Graduali ter repetit *Alleluja*, gradatim cantando, & altiori ſemper voce repetendo; cui correfpondet ſimili etiam modo & voce Chorus trina repetitione. Quæ quidem variatione ſignificatur Deum laudari a triplici Hierarchia Angelorum, altè, altius, altiffimè: & ſic etiam ab hominibus laudandam eſſe in Myſterij ſublimis celebri rememoratione altè, altius, altiffimè, hoc eſt, omni cordis intentione.

Hanc etiam vocem docuerunt Angeli antiquos Monachos Epyptum & Thebaidem inhabitantes. Sicut n. refert Caſſianus: *cum inter ipſos diceret. Inſtituit ſua moſ foret in numero Pſalmorum concinendo, dum lætarentur.*

Ita refert
Baronius.
1012.
Jacob
Mayeris
Ann.
Fland.
1449.

In Domi-
nica Re-
ſurrecti-
one Do-
minica
Latare
dicitur
obtulit
Chriſtus
Matri
ſua Roſam
auream
dum eſt
primo lo-
co ante o-
mnes ap-
paruit.

WANTIG